

157.

Markgraf Konrad übereignet dem Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg die drei Dörfer Polbitz, Drognitz und Döhlen. **Magdeburg, 1142 [Ende Mai bis Anfang Juni.]**

Hdschr.: Kop. U. L. Frauen fol. 95^b (Saec. XVI.). Gymnasialbibliothek Magdeburg.

Gedr.: Geschichtsq. der Prov. Sachsen 10,10.

5

Anm.: Wegen Indiction V. vor dem September ausgestellt. Da Erzbischof Konrad am 2. Mai 1142 starb, so dürfte anzunehmen sein, daß die Urkunde gleich nach seinem Tode abgefaßt ist. Allein bis gegen Ende Mai dauerte der Friedenscongreß zu Frankfurt. Es wird demnach die feierliche Bestattung des Erzbischofs erst etwas später Statt gefunden haben.

In nomine sancte et individue trinitatis. Conradus divina favente clementia marchio. 10
 Cum plurima antecessorum nostrorum principum munifica largitate ecclesiis dei pro ampli-
 ficatione earum utilia collata sunt subsidia, nos exemplo eorum incitati simulque atten-
 dentes nobis merita nostra ad vitam eternam hereditandam nequaquam sufficere, pro
 huius inopie nostro supplemento amicos nobis de habundantia nostra facere decrevimus,
 ut ipsi habundantia sua spirituali nobis communicata in eterna tabernacula nos recipiant. 15
 Nos igitur ob remissionem peccatorum nostrorum et dilecte coniugis nostre nec non et
 filiorum nostrorum Ottonis, Heinrici, Theoderici et ob spem futurorum bonorum consensu
 legitimorum heredum nostrorum offerimus deo et ecclesie beate Marie semper virginis in
 Magdaburg ad usum fratrum inibi deo sub regula sancti Augustini famulantium de predio
 nostro tres villas trans Albiam sitas, videlicet Pothmodelize, Drogenize, Northedilize cum 20
 omnibus pertinentiis suis aut utilitatibus acquisitis vel acquirendis agris pratis cultis vel in-
 cultis, inter que luci iuxta villam supra dictam Pothmodelize dimidietatem tantum, que nostri
 iuris erat, et dimidietatem luci alterius super Albiam sitam et naulum dimidium trans-
 ventionis in Albia eisdem fratribus iure perpetuo designamus. Et ut hec nostra traditio
 stabilis et inconvulsa in omni evo permaneat, hanc cartam nostram sigilli nostri impressione 25
 insignivimus. Huius rei testes sunt. Fridericus Magdeburgensis archiepiscopus. Wig-
 gerus Brandaburgensis episcopus. Anselmus Havelbergensis episcopus. Udo Nienburgensis
 episcopus. Gerardus maioris ecclesie in Magdaburch prepositus. Arnoldus abbas sancti
 Iohannis baptiste. Azeko sancti Sebastiani prepositus et summe ecclesie canonicus. Ever-
 modus sancte Marie prepositus. Volcoldus vicedominus et sancti Nicolai prepositus cum 30
 omni clero Magdaburgensis civitatis. Martinus quoque prepositus sancti Stephani Halver-
 stadensis ecclesie cum canonicis eiusdem ecclesie, qui sepulture domini Conradi archi-
 episcopi eo tempore intererant. Conradus prepositus Mersburgensis. Lambertus prepositus
 Hallensis. Henricus prepositus de Gracia Dei. Laici autem. Prefatus marchio Conradus
 cum filiis suis Ottone et Heinrico. Adalbertus marchio cum filiis suis Ottone et Herimanno. 35
 Fridericus palatinus comes. Otto comes de Hildeslove. Burchardus comes urbanus.
 Burchardus de Valkenstein. Hogerus de Mannesvelt. Gero de Sochowice. Waltherus de
 Arnestide. Hadamarus prefectus. Richardus de Aleslove et alii quam plurimi. Anno
 dominice incarnationis MCXLII, epacta XXII, concurrente III, indictione V, actum Magdeburg.